UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III. Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et Decreta

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad concilium fide publica inuitandis

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

Visual Library

ſuſpenſione, iuxta formam & tenorē litterarū ſanctiſsimi Domini noſtri Pij IV. Pont. Max. celebrari, a *& in eo ea debito ſeruato ordine,* a inf. Seſ. *tractari, quæ proponentibus Legatis, ac præſidentibus, ad horum tēporum leuandas calamitates, ſedandas de religione controuerſias, coercēdas linguas doloſas, deprauatorū morū abuſus corrigendos, Eccleſiā veram atq; Chriſtianam pacem conciliandam apta, & idonea ipſi ſanctæ Synodo videbuntur?* 24.25.c.21 Reſponderunt. *Placet.*

Indictio futuræ Seſſionis.

Placetne vobis proximam futuram Seſsionem habēdam, & celebrādam eſſe feria quinta, poſt ſecundam Dominicam Quadrageſimæ, quæ erit die 26. menſis Februarij? Reſponderunt. Placet.

SESSIO XVIII.
QVAE EST SECVNDA, SVB PIO IIII. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE XXVI. FEBR. M. D. LXII.

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica inuitandis.

S*Acroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legi-*

timè cõgregata, præſidentibus in ea eiſdẽ Apo-
ſtolicæ Sedis Legatis, non humanis quidem
viribus confiſa, ſed Domini noſtri Ieſu Chri-
a Luc. 11. ſti, qui os, a & ſapientiam Eccleſiæ ſuæ da-
turum ſe promiſit, op e& auxilio freta, illud
præcipuè cogitat, vt Catholicæ fidei doctrinã,
multorũ inter ſe diſsidentiũ opinionibus, pluri
bus locis inquinatã, & obſcuratã, in ſuã puri-
tatem, & ſplendorem aliquando reſtituat; &
mores, qui à veteri inſtituto deflexerũt, ad me
b Luc. 1. liorem vitæ rationem reuocet; corq; b patri
c. inf. Seſ. ad filios, & cor filiorum ad patres conuertat. C
vlt. circa Cùm itaque omnium primum animaduertit,
fi. hoc tempore ſuſpectorum, ac pernicioſorum li
brorum, quibus doctrina impura cõtinetur, &
longè lateq. diffunditur, numerum nimis ex-
creuiſſe; quod quidem in cauſa fuit, vt multæ
cenſuræ in varijs prouincijs, & præſertim in
alma vrbe Roma, pio quodam zelo, editæ fue-
rint; neque tamẽ huic tã magno, ac pernicioſo
morbo ſalutarem vllam profuiſſe medicinam;
cẽſuit, vt delecti ad hanc diſquiſitionẽ Patres
de cẽſuris, librisque, quid facto opus eſſet, dili-
genter conſiderarent, atque etiam ad eandem
ſanctam Synodum ſuo tẽpore referrẽt, quo fa-
d Mat. 13. ciliùs ipſa poſsit varias & peregrinas doctri-
c. ita nos. nas, tãquã d zizania, à Chriſtianæ veritatis tri-
25. q. 2. tico ſeparare, deq; his commodius deliberare,
& ſtatuere, quæ ad ſcrupulũ ex complurium a-
nimis eximendũ. & tollendas multarum que-

rela

relarum cauſas, magis opportuna videbuntur,
Hæc autem omnia ad notitiam quorumcunq;
deducta eſſe vult, prout etiã præſenti decreto
deducit: vt, ſi quis ad ſe pertinere aliquo modo
putauerit, quæ vel de hoc librorum, & cenſu-
rarũ negotio, vel de alijs, quæ in hoc generali
Concilio tractanda prædixit; non dubitet à
ſancta Synodo ſe benignè auditum iri,

Quoniam verò eadẽ ſancta Synodus ex cor-
de optat, Deumque enixè rogat, quæ ad pacem
ſunt Eccleſiæ, vt vniuerſi communem matrẽ
in terris agnoſcentes, quæ, quos a peperit, obli- a Iſa. 49.
uiſci non poteſt, vnanimes, b vno ore, glorifice- b Ro. 15.
mus Deũ, & Patrẽ Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, per viſcera miſericordiæ eiuſdem Dei &
Domini noſtri; omnes, qui nobiſcũ cõmunio-
nem non habent, ad concordiam & recõcilia-
tionem, & vt ad hanc ſanctam Synodum ve-
niant, inuitat atq; hortatur; vtque caritatẽ,
c quod eſt vinculum perfectionis, amplectan-
tur: pacemq; Chriſti, exultantem in cordibus
ſuis, præſeferant, in quam vocati ſunt, in vno c Coll. 3.
corpore. Hanc ergo nõ humanam, ſed Spiritus
ſancti vocem audientes, ne obdurent d corda
ſua, ſed in ſuo ſenſu non e ambulantes, neq; ſibi d Pſal. 59.
f placentes, ad tam piam, & ſalutarem matris & Heb. 3.
ſuæ admonitionem excitẽtur. & cõuertantur. e Eph. 4.
omnibus enim caritatis officijs ſancta Synodus f Ro. 15.
eos vt inuitat, ita complectetur.

Inſuper eadem ſancta Synodus decreuit, fidẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

publicam in Congregatione generali concedi poſſe, & eandem vim habituram, eiuſdemque roboris & momenti futuram, ac ſi in publica Seſsione data, & decreta fuiſſet.

Indictio futuræ Seſsionis.

Eadem ſacroſancta Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſtatuit, & decernit, proximam futuram Seſsionem habendam & celebrandam eſſe feria quinta, poſt ſacratiſsimum feſtum Aſcenſionis Domini, quæ erit die 13. Menſis Maij.

SALVVS CONDVCTVS CONCESSVS GERMANICÆ nationi.

In Congregatione generali, die IV. Martij, M. D. LXII.

Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatis, Vniuerſis fidem facit, quod omnibus & ſingulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuſcunque viris, cuiuſcumque ſta-